



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Amatur aliquis à Deo quatuor rationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

Augus. dium inimicis tuis . Et Augustinus
inquit. Si perit homo amando se,
profecto inuenitur negando se. Di-
sce ergo amare te non amando te.

*Amatur aliquis à Deo qua-
tuor rationibus.*

Prima . Propter munditiam.
Pro. 22 Sicut in prouerbiis legitur.
Qui diligit cordis munditiam
propter gratiam labiorum suorum
habebit amicum regem . Similiter
Cant. 2. in canticis canticorum habemus.
Dilectus meus mihi , & ego illi qui
pascitur inter lilia , id est , puritate
qua Deus ipse delectatur . Secun-
do , propter humilitatem . Vnde

Esa. 66. Esaias dicebat . Super quem requie-
scet spiritus meus , nisi super humili-
lem & quietum ? Apud namque do-
minum non est quicquam humilia-
te sublimius . Tertio , propter dile-
ctionem . Diligit dominus diligen-
Pro. 8. tes se , sicuti in Proverbiis legitur.
Ego diligentes me diligo . Quar-
to , propter libertatem , qua mol-
lum assimilat deo , qui ex libertate
fecit , quicquid fecit . Vnde Paulus
1. Co. 8. dicebat . Hilarem dactorem di-
lit Deus . Quicquid igitur boni

INSTITV TIO. 28

hieis, cum hilaritate facias, & tūc
bene facis, si autem cum tristitia
facit, sit de te bonum, non tu facis.
dicit pater Augustinus.

Augus.

*Amoris Dei incitamenta sunt
quinque.*

Primum est natura. Si natura
pliter amat filius patrem, à quo
habet partem corporis sui, quanto magis deum amare debet,
qui corpus integrum, & animam
ex nihilo fecit? Si parentes qui
nos genuerunt diligimus, quanto
magis parentum creatorem dilige-
re habemus, auctoremq; nostrum
summè uenerari? Amandus est ge-
nitor, sed præponendus est crea-
tor. Amandi sunt parentes, & ami-
ci, sed non plusquam Deus. Secun-
dum quod hominem potest ad a-
mandum Deum incitare, est, quia
Deus hominem fecit. Vnde Eccle-
sia dicit. In tota anima tua di-
lige eum qui te fecit. Et Augusti-
nus. Miser ergo quantum diligere
deum meum debedo, qui me fecit,
cum non eram, de nihilo me fe-
cit, & dedit mihi uiuere, sentire,
discernere, ut semper essem apud

Ecc. 7.

Augus.

C 4